

1529

Ex Ms arch: Stan: Aug: Reg:

789
267

Sigismundo primo regi Polonie
Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis etc.

Sacra regia Majestas et domine domine clement
Post humilem servitutis et orationum mearum
commendationem. Opinor jam perlatum esse
ad Majestatem vestram de morte domini
Stanislai de Chodcz Marechali regni Ma
jestatis vestre serenissime, ad quod officii
munus ego jam aliis literis dominum Pe
trum Tomicka affinem meum Majestati ve
stra commendavi. Verum quia et dominus
Palatinus Cracoviensis mea opera in hac
re, et commendatione uti voluit. Has alias
manu mea edaravi, ut iis animi mei sen
tentiam libentius Majestati vestre explicarem,
et eequidem de domini Palatini fide erga
Majestatem vestram, et in exercendis nego
tiis publicis industria, multa me commemorare non
oportet, nam hec ipsi Majestati vestre sunt
satis de illo cognita et perspecta. Verum quod
ad rem attinet Majestatem vestram plurimum
rogo ut hoc officium Marechalcatu regni
sui illi conferre dignetur. Nam cum ille id
expetit et aliud, nullum hactenus junctum cum
Palatinatu dignitate officium habuit, uti ceteri
Palatini Cracovienses antea habere erant vo
liti, satis dignum existimo, ut Majestas ve
stra serenissima per hanc occasionem illum
devideni sui compotem faciat, eaque re illum
sibi ad sua Reipublicaeque suae commoda

deveniatur

devinuat. Nam proculdubio hoc beneficio à Ma-
jestate vestra accepto, ille erit rerum et utilitatis
Majestatis vestre observantissimus, cum omni fa-
cultate et ingenio suo, quo hic et in observa-
tione juris, et in gratia populari plurimum
valet et potest, in quo faciet Majestas vestra
rem eequidem dignam sapientia sua et repu-
blica plurimum in modum utilem, mihi vero
et multorum aliorum animis amplissime satia-
faciet Majestas vestra, sed quoniam ego hanc
soli Majestati vestre aperire volui, vehemen-
ter illam rogo, ut literas lectas concindi vel
concremari faciat, ne quis judicii mei senten-
tiam cognoscere possit. Comendo me, servituta-
temque meam Majestati vestre, Et.